



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXIX. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Petrus Nolascus Deiparam cœnobii sui cubicula visentem, & Religiosos dormientes protegentem conspexit: Aliàs de angustiis rei domesticæ anxius ab eadem sibi dictum audivit: Fili mi! ne dubita, in paupertate non te deseram; studeas, & servias Filio meo, & mihi. Ad concionem dicturo, cùm raucus esset, eadem vocem restituit. *Nadasi an Cœlest.* Nemi Virgo deest, nisi qui sibi defuerit.

8. Nolasce, me quoque clientum tuorum numero inferre, ut à Maria visitari & protegi merear. Ora pro me, ut ita die, ita nocte me geram, ut nihil agam, quod ejus oculos posset offendere, nihil omittam, quod illi placere novero. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Non procul à lecto meo vel imago, vel aliud Virginis, me noctu contra hostes defensuræ, memoriale pendebit.

Tantummodo velis ô Maria! & nequaquam salvi esse non poterimus. *Greg. M. l. 2. dial. c. 3.*

Quæstio: An Deipara etiam noctu merita sit, & dormiens gratias auxerit? v. *Segneri Cl. Mar. c. 3.*